



# Disputatio medica inauguralis de vermibus intestinorum

<https://hdl.handle.net/1874/345185>

24.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE

# VERMIBUS INTESTINORUM.

QUAM  
AUSPICE DEO TER OPT. MAX.

*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

# JACOBI VALLAN,

M. D. Praxeos & Institut. Med. Professoris Ordinarii,  
NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici Consensu, Nobilissimaque  
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,

*Publicæ disquisitioni subjicit*  
JACOBUS FRIDERICUS BELOW. Holm. Suec.  
Sæ. Ræ. Mtis Alumnus.

*Ad diem 10. Julii, horâ locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academizæ  
Typographi, cœc Icc xci.

VIRO  
Experientissimo atque Clarissimo  
**D. BERNHARDO**  
**B E L O W**

Sæ. Ræ. M̄tis.

ARCHIATRO PRIMARIO.

*Patri meo Honoratissimo, Charissimo.*

VENERANDE PARENTES,



On me præcox scribendi studium, ut hoc opusculum quod Pallade nulla factum est, calamō molirer, incitavit. Quod enim in aliis tacitè ceu vitium quoddam animadvertere solitus sum, ipse committere, erubescerem. Ut verò quid ad scribendum me impulerit cognoscas V. P. paucis illud tibi enarrabo: Est mihi cum reliquis Musarum affectis hoc commune, quod seriis studiis defatigatum annum, ad novos labores subeundos, jucundioribus exercitatio-

## D E D I C A T I O.

nibus reddam idoneum, alterna enim Camœnas amare nosti.  
Sed quamcunque etiam hunc in finem, eligam voluptatem,  
nulla animo meo magis arridet, quam dulcis Paternorum be-  
neficiorum memoria, quam sœpius recolere soleo. Jam pri-  
mos meos annos, jam paulò majores, jam adultiores, jam  
maturiores contemplor, semper verò occurrit Pater pius,  
eruditus atque humanus, qui exemplis, monitis atque ge-  
stibus, me ad pietatem, disciplinam & humanitatis studium  
sedulò incitavit, & adhuc incitat. Hisce contemplationi-  
bus dum nuper liberiùs vacarem, iis adjungebam singularem  
tuum erga me amorem quo adductus, mihi cum vix decimum  
quintum agerem annum, Hippocraticæ artis primordia, lumini-  
bus proh dolor torbus, dictando tradebas, & rariora scientiæ  
tuæ femina paternè mihi concredebas. Non verò pro more soli-  
to, hæ cogitationes, lætitia, sed magnâ tristitia perfundebant  
animum meum. Videbam enim me tibi uni V. P. plura debere  
atque longè majora, quam & Parenti & Præceptori suo se  
debere fatebatur magnus Macedonum Rex. Considerabam  
te jamdiu octuagesimum senectutis tuæ annum impleuisse, vi-  
resque tuas indies ita consumi ex literis tuis perspiciebam, ut  
lectum tenere coactus sis. Me aspiciebam ceu juvenem, qui  
Musarum gratiâ patrios lares deferere cogitur eo tempore,  
quô maximè Parentibus esset necessarius, & qui non nisi post  
aliquot annorum decursum Parentibus reddi potest. Hinc  
dejecto animo meam conditionem dolere incipiebam, ægrè-  
que ferebam, quod nullam mihi superesse viderem occasio-  
nem, aptam ad grati animi testimonium per debita officia  
exhibendum. Hisce cogitationum vorticibus præcipitatum  
animum, tandem nova erigebat spes. Sciebam hortulanos  
omnes fructuum desideriô æstuantes, haud parvam per-  
sentire lætitiam dummodo quosdam in arboribus suis conspi-  
ciant flores. Pari ratione & tibi Venerande Parens, gratum  
fore autumabam, si me non sterilem esse terram, floribus

## D E D I C A T I O:

quibusdam tibi monstrarem. Hinc præsentes ferre & tibi offerre non modò non dubitavi, sed & debui. Tu eos paternè accipias, & consideres velim me in ætatis vere adhuc positum non nisi flores reddere posse, fructus senior anni tempestas exhibit. Quod reliquum est, omni qua par est observantia rogo, certò tibi persuadeas, me semper fervidas prò tua; Matris dilectissimæ; Fratris per dilecti; & reliquorum cognatorum incolumente, ad Deum omnis boni largitorem, preces fundere. Vale Optime Parentis & paternè fave.

Trajecti ad  
Rhenum d. 10.  
Julii 1691.

Tuo ad busta observan-  
tissimo Filio

JACOBO FRIDERICO BELOW.

DISPU-

## DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

## VERMIBUS INTESTINORUM.

## §. I.



Eterum etiam Doctissimos ; inutilibus nugis chartas commaculasse tempusque perdidisse, nec nisi ignorantiae asyla ædificasse, non pauci etiam eorum, quibus è meliore luto præcordia Titan finxisse creditur , afferere hodie non dubitant. Quàm verò perperam , videbunt omnes qui de veterum scriptis , ex aliena relatione , ( quum tamen ipsos authores , aut non , aut non attente legerint :) judicium ferre , non assueverunt , sed potius ipsi eorum codices evolvere gestiunt. Mirabuntur enim nobiscum , ineffabilem authorum cùm fidem , tum prudentiam atque eruditionem , & fatebuntur in summo apud eos pretio tempus fuisse. Imò optandum esset , ut omnes scopi nostri hodie adeò essemus memores , ac fuit olim veneranda illa , quæ tamen adeò contemnitur Antiquitas. Pauci enim jam inveniuntur , quos imaginaria inutilium sàpè curiositatum voluptas , ad contemplativum vitæ genus non abjiciat , illique nunquam solvendis vinculis adstringat , quamvis activo , nomina sua dederint , ut egregiè demonstrat Cl. D. de Raei in nuper editis cogitationibus suis de interpretatione , quas reliquis eruditissimis scriptis suis quibus celebris est , adjecit. Ut siccò pede reliquas facultates prætereundo , ad Medicorum saltem cœtum nos convertamus : nonne eorum permultos philosophicis subtilitatibus aut etiam experimentalibus curiositatibus , vel adeò immersos esse videmus , ut minimè à se impetrare possint quin , pro more Græcorum omnes alias gentes ceu barbaras temnentium , Medicos illi quoque omnes contemtim habeant , qui'ad propositum sibi sco-

## 6 DISPUTATIO MEDICA

pum unicè collimantes, in Philosophico, ceu alieno choro, vel in experimentali curiositate canescere non desiderant, sed sedulò operam dant ne jure ipsis objiciatur, quod ventriculus affectus apud Swalve indignabundus fert, eum enim dictus author conquerentem inducit his verbis: *ram occupata est hodiernò seculò familia Esculapii in indagandis ductibus, comminiscendis variis particularum ignobilium usibus, ut non vacet ipsi in meum emolumentum aliquid commentari.* Utinam cum Galeno (a) considerarent hi Philosophiae intempestivi amatores, rerum tantam esse obscuritatem: & medicinæ tantam difficultatem demonstrante Cl. Heurnio: (b) ut si vel in triplum hac vita nostra prorogetur, ne tunc quidem exactè nos omnia cognoscamus. Utinam cum magno Hippocrate (c) contemplarentur, vita brevitatem, & artis prolixitatatem. Optimè sanè Galenus (d) eos interrogat: quomodo, dum in his inutilitatibus, tempus suum ponunt, importunitatis propulsare velint vitium? & tandem acuto hocce epiphonemate eos reprehendit magnus ille Vir. quasi verò ait, *ram illis multum suppeteret temporis, ut & hunc illis liceat cumulum addiscere, & necessaria per oīum indagare.* Ast quid hisce velimus miraris forsitan L. B.? Scias proinde nos tibi saltem reddidisse rationes quare ad exemplum Veterum doctissimorum Medicorum, examini non Philosophico, sed Medico, subjecerimus animalcula de quibus fusiorem sermonem, sequentes paginæ tibi exhibebunt. Prolixè hujus libertatis quā usi sumus, veniam à te petere non vacat, cum jam vereamur, ne ipso nostrō ædiculō majus sit factum propylæum.

Etymo-  
logia  
conside-  
ratio-  
nes.

§. II. Ut igitur nominis etymo litemus, quod semper in scholis, varias ob causas necesse judicatam fuit, dicitur nonnullis vermis vel à vertendo, quia sese vertendo, seu torquendo, repit, vel ab ἐπιν repo, unde ἀναλόγος fieret ἔρυμα seu reptile: Neutrum verò satisfacit Doctiss. Vossio: cuius consulatur etymologicon: mayult enim hanc voculam à græca ἔλμυρος, ἔλμυρξ, quæ significat lumbricum, derivare, nique obstat quin nostrum ejus sententiæ addamus calculum, passim enim in Veterum, ut Hippocratis, Galeni, & aliorum codicibus hanc reperimus voculam, quando vermes significare, illis mens est. A verme est vermiculus, unde vermiculari; quod est; parvulos edere vermes, sic enim pluribus in locis, de arboribus & plantis, iis scilicet, ex quibus vermiculos nasci cernuntur, locuti sunt Plinius & alii. Porrò vocula

(a) Clas. iv. de puls. differ. l. 3. c. 1. (b) in instit. medic. (c) aphor. 1. (d) Clas. iv. loco ut supra.

## INAUGURALIS.

7

vermiculus, nomen imposuit operibus illis minutis, quæ dicuntur vermiculata, ex eo, quod vermiculis sunt variegata & distincta. Lumbricum à lubrico obtinuisse nomen, volunt authorum nonnulli, nam tactu hic vermis inventitur lubricus. His vero se se opponunt allii, quibus magis arridet derivatio nominis hujus, quæ à lumbis, utpote ea corporis regione pertinet, in qua reperiri assuevit hic vermis. Martinus vero, ingenuosè hujus vocis originem ex græco λύματι βρέσει, h. e. quod à sordibus nascatur, deducit. Nobis haec sufficiunt. Aliter sentienti litem movere minimè volumus; de nominibus enim acriter pugnare, nec ullum hic modum facere, & multum laborare, solidosque implere libros maximos hisce præfigiis, nec necessaria est, nec par, nec venia dignum, ait Galenus Tribus tamen adhuc verbis addamus, lumbricos & vermes, in Medicorum scriptis haberi pro synonymis.

§. III. Deducimur jam ordinis ratione ad vermium descriptionem, & <sup>Descri-</sup>  
cum veteribus dicimus. Lumbricos esse animalcula toto genere præter na- <sup>ptio</sup>  
turam in corpore nostro, seu præcipue in intestinis genita, viva, oblonga, <sup>vermi-</sup>  
tereta vel alias figuræ, omni sexui, omni ætati communia, jam sympto- <sup>um.</sup>  
mata excitantia nulla, jam levia, jam gravia, jam ipsam mortem, quod pluribus videbimus in paragrapho de symptomatibus ab iis causatis. Ma-  
teriam ex qua generantur vermes, quamvis in suis definitionibus expri-  
mere solent plurimi Practici, eam tamen, ad paragraphum de vermium  
genesi remittimus. Quid vero utilitatis ex eo fluat, quod dicantur esse  
toto genere præter naturam genita, videbimus in paragr. de cura.

§. IV. Non vero existimandum unicam saltem inconditam lumbrico- <sup>Diffe-</sup>  
rum turbæ dari speciem: Ab omni enim ævo (<sup>a</sup>) experientia triplicem <sup>rentia</sup>  
vermium exhibuit differentiam quam & hodierni Medici agnoscent. Pri- <sup>vermi-</sup>  
mo occurunt, teretes illi longi gracilesque à nonnullis, referente Capi-  
vacio (<sup>b</sup>) Medico, serpentes vocati, qui ut plurimum ad tactum in-  
veniuntur lubrici, coloris sunt grysei aut parum rubentis, nec nisi raro  
capite conspicui, Latinis lumbrici dicti, Germanis sub nomine Spul-  
wurme noti, harum vero regionum incolis, ronde Wozenmen nominati.  
Hos sequuntur illi, quos similitudo quæ iis cum cucurbitæ semine est  
communis, cucurbitinorum nomine insignivit. Eos Galenus (<sup>c</sup>)  
cerias vocat quedam scilicet morborum genera, inquiens, <sup>cum prius om-</sup>  
<sup>nia non fuerint, postmodum sunt orta, veluti melicerides, atheromata &c.</sup>

(<sup>a</sup>) comment. in aphor. Hippocr. sect. 3. aphor. 26. (<sup>b</sup>) in sua Praxi, cap. de lumbricis.

(<sup>c</sup>) lib. 14. de meth. med. c. 17.

## 8 DISPUTATIO MEDICA

arque alio modo helminthes & ascarides & ceria, ita enim vocant longam latamque helmintha. Agmen tandem claudunt ascarides, Græcis ab *ascaris* f. moveo, ita dicti, suntque vermes minutissimi, coloris albi, quemadmodum ii qui in caseis conspici solent, tenuitate exiguum filum æquantes, altera parte in peracutam, altera in obtusiorum extremitatem desinunt, in recto semper aut saltam ordinariò sedem obtinent intestino, admodum sunt flexiles, cum vero eos chartæ imponis motu non preponunt directo, sed saltam hinc illinc extremitatem alteram movent, suntque in certa corporis sui parte quasi diaphani, & in momento quasi moveri desinunt postquam aëri liberiori fuere expositi. Sed, quamvis ad ternarium vermes, cum Practicis revocaverimus numerum, non interim existimandum nos negare plures præter has vermium in corpore nostro dari species, ita dantur crinones, dantur dracunculi, dantur quoque acari ob exiguitatem visum nostrum fugientes, hos verò verbò attigisse sufficiet, cum scopus noster sit, prout ex ipso frontispicio appetit, de intestinorum vermibus agere.

*Genesis* §. V. Hisce ita pñemissis, descendimus ad prima vermium incunabula, utque eo prætius ipsissimam eorum lustrare possimus essentiam, revocemus nobis in memoriam Scholas hactenus docuisse varias vias, quibus alma natura in animalium generatione, utatur: quarum duas, regias, ut ita dicam, constituere: Generationem sc. univocam, quando ex proprio semine producitur species semini propria, ut v. g. ex ovo nascitur pullus: Altera verò via apud eos audit generatio æquivoxa seu spontanea ex putredine, quam univocam causam nescire, nec ullam aliam præter calorem ambientem agnoscere perhibent. Ita inter reliqua imperfecta, ita enim ea nominabant, animalcula, vermes intestinorum etiam æquivocæ generationis beneficio esse productos volunt. Materialem eorum causam faciunt pituitam putredinem concipientem, & putredinis ope in materiam lumbricorum generationi aptam, abeuntem. Pro formalí causa, calorem agnoscunt. Præterea ex immodicè ingestu cibo, & ex omnibus iis, quæ facile putrefuscunt, qualia præter dulcia sunt plurimi fructus horarii, animalcula ejusmodi generari, addunt. Ne verò experientiæ testimoniò eorum effatum careat, probant pueros ingluvie deditos, & varia putrefactio nem facilè experientia ingerentes, vermibus præprimis esse obnoxios. Sic & in humidis corporibus, maximè videmus nasci vermes ac putrilaginem,

# I N A U G U R A L I S ,

ginem, ait Galenus (d). Aliter verò huic ævo visum est, hoc enim spontaneo ortu, ceu merò figmento in æternum exilium ejecto, conatur probare naturam non nisi unicā ingredi viā in animalium quorumcunque productione; se quoque feliciori sidere, de quo sèpè sibi gratulatur, principium demum invenisse autumat, cui omnia: homines, bruta, insecta, plantæ ortum suum debeant, quod principium ovum esse dicunt; illudque Veteres satis aliás oculatos, omnino fugisse, indubitatò afferunt, quamvis contrarium ex Varronis variis locis, (quos brevitatis ergò tacemus) egregiè demonstraverit Antonius Felix Abbas Marsilius (e), qui afferit: *Antiquos rerum omnium principium ad ovi principium transstulisse, eandemque ob causam Ovum in Orgicis Bachi-cis, ut exemplum omnia gignentis & in se continentis consecratum esse, ex Plutarcho refert.* Unanimi præterea consensu Neoterici ferè omnes tradunt: quod semina vegetabilium, & in specie secale & triticum, vel immediate cum farinaceo pulmento, vel mediata cum ipso pane ingesta, imò & plurima alia edulia, quemadmodum sunt: caseus, pomma, pyra &c. seminali insectorum contagio imprægnata sint. Hæc ovula dehinc non à ventriculi fermento subacta, & unà cum crassioribus chyli particulis mista, nunc in intestinis hærere, & tenaci eorum muco, quem illa fovent, ut Autopsia docet, ceu nidd proportionatò frui, & cum eo, quod tamen haud ita frequenter fieri existimant, vasa lactea, sanguinisque oceanum subire, & ad partes corporis varias vehi, & ubique accedente calore loci, motuque congruo, sui exclusiōnem, data occasione exspectare, docent. Non tamen semper tam longo itinere ovula hæc opus habere, addunt: dari enim ovula aëri quasi innatantia, quæ corpori nostro utpote undiquaque perspirabili, per poros foras-intro spectantes immediate sese insinuent, probare conatur Cl. Craan (f) his rationibus: *Minor*, ait, *adhuc erit difficultas: in solvendo sc. Gordio de vermium generatione nodo: si consideremus dari ova per aërem volitantia, quod ex eo probatur: quod dentur insecta tam exigua, ut non incurvant in sensus, & nisi oculus microscopio munitatur, non possunt ostendi & demonstrari.* Hæc animalcula cum sint tam exigua, quid mirum quod eorum ova multi sint minora adhuc & subtiliora, ac prinde per aërem volitare debent. *Hæc verò ova ingediuntur*

B

tur

(d) Cl. v. de simpl. medic. facult. c. 20. Adde Hippocr. sect. 5. de morib. l. 4. p. m. 70.  
(e) in ep. ad Malpig. de ovis cochlearum p. m. 3. & seq. (f) dissertat. de Homine cap. x. p. 83.

## 10 DISPUTATIO MEDICA

*sur cum aëre per poros nostri corporis.* Præterea Neotericorum principio suppetias ferre videtur egregium Illustrissimi Redi experimentum, quod ita sese habet: Vitra accipit duo, quorum alterum latitudine alterum bis superat, angustiori carnis imponit frustulum, & postquam sindone subtili atque denso ejus orificium induxit, vitro illud ampliori immittit, quod postea pari modo, linteō raro camera sensi coopertum in museo deponit. Quid accedit? Carnis inclusæ odore infinitus ferè muscarum numerus ad vitra alicitur, insident animalcula hæc exteriori integumento & permulta in illud deponunt seminula, s. ovula, quæ quâ datâ viâ, per filorum intellige interstitia, in subjecti vitri obvolucrum ruunt, multis ad ejus latera, amplioris vitri fundum potentibus. Solis verò calor superveniens innumeros ex ovis hisce vermiculos producit, quos latentis carnis effluvia pariter ac parentes suos, ad parvulum vitrum adducit, cuius operculum eſca quærendæ cauſa, frustrâ nituntur penetrare, unde fit, quod linteī hujus poris inhærente conspiciantur, & quamdiu huic vitro suum operculum manet, tamdiu quoque nulla in carne ista generantur animalcula. Hinc tuto concludi posse arbitrantur, quod non nisi ex prævio semine s. ovis generentur insecta. Huc quoque facit jucundus casus, quem ante aliquot annos expertus est Pater meus: In museo suo aliquando hyberno tempore muscas circumvolitare observabat, quod illi satis videbatur mirum, existimabat verò, calorem, ut haud raro fieri solet, ex latibris eas produxisse, cum verò indies earum numerum valde crescere animadverteret, in manifestioris causæ suspicionem adductus, summa cum diligentia, in earum inquirit nidum, donec ad ollam quandam perveniret, quam modica farinacei luti parte repletam & chartā obligatam ante aliquot tempus in camino deposuerat; hujus ollæ operculum à muscis omnino perforatum, & ab earum excrementis commaculatum, videt, illud verò postquam omnino removisset, summo cum delectamento innumerum muscarum numerum in olla detegebatur, pars erat vermis, pars alia alis jam erat instructa, aliaque pars crescere saltē incipiebat. Quid de harum muscarum origine sit sentiendum, aliorum relinquimus judicio. Interim adhuc notamus hanc de ovis Hypothesin, non tantum esse arcum, quin & ejusdem participes sint homines à literatorum subselliis etiam remotissimi. Sic dum adhuc in Patria degeremus, novimus pellionem quendam, qui utut simplex, semper tamen reprehendere solebat fœminas, quæ pretiosos suos rhenones, collaria ac pelliceas manicas suas

## INAUGURALIS. II

ex schyticis mustelis confectas, quibus hyeme usæ fuerant, advenientes vere in liberiore aëre excutiebant antequam eas in futurum usum seponerent. Se enim experientiâ didicisse, ajebat, pellibus nihil adeo esse perniciosum quam vernum tempus, quoniam ea anni tempestate reviviscerent insecta illa pessima, quæ albi quid in pelles evomere, referebat, ex quo postea nasci tineas, pelles erodentes, observaverat. Unicum adhuc sđdamus, notatu haud indignum: nempe, dum iter aliquando in Patria nostra faceret quidam amicorum meorum, vaccam multis tuberculis sub cute latentibus præ reliquis conspicuam videns, tuberculorum causam ex rustico sciscitabatur, qui respondebat, vaccam eam asilis valde esse compunctam, addebatque, in illis nodis latere juvenes asilos, quos, prout referebat, haud raro in ejusmodi tuberculis invenerat & ex iis expresserat. Postea verò plures aliarum terrarum rusticos eadem fantes andivimus. Ex dictis jam facili negotio B. L. quænam nostra de vermium generatione sit opinio, colligere poterit. Non diffitemur multis adhuc difficultatibus neotericorum principium patere, quas solvere nec nostri est officii, prout ex præfatione nostra liquet, nec nostrarum est virium. Interim veniam facile imperabimus, quod putredinem ut nullis defensam argumentis, deserentes, ceu commodum saltem vermium nidum consideremus, totque claris experimentis fidem habeamus, & cum Aristotele (n), existimemus: ratione esse credendum quando ea que nobis dictat, cum rebus quas sensuum ope percipimus, convenient. Quam regulam utinam observarent nostri semper-philosophi!

§. VI. Perfectis jam vermium causis oritur quæstio, num omni Tempus tempore in humano corpore generentur vermes? id quod affirmamus. quo geruntur vermes. Interim, si ad propriam experientiam provocare nobis permetteret ætatis invidia, diceremus nosmet ipsos sèpius observassæ, autumnum, prout mes. docuit Hippocrates, pessimæ vermium propagini admodum favere. Hec verò sunt Venerandi Senis verba. (o) Autumnus sua feritate & malignitate, interaneorum animalia maximè gignit. Cujus rei causam hanc esse nobis persuaderemus, quod hac anni tempestate, corpora maximè corruptis scateant humoribus, quibus ansam haud exignam dedere horarii fructus, quibus sese ingurgitare solent homines.

§. VII. Quamvis hic præcipue de intestinorum vermibus agere nobis Corporis proposuerimus, in transitu tamen, pauca addere licebit de iis corporis parti- partes bus, in qui-

## 12 DISPUTATIO MEDICA

bus, in quibus observati sunt vermes. Et mox in ipso limine notamus, totam corporis nostri compagem illis esse obnoxiam. Sic scimus dari Critones s. dracunculos, Germanis die mit-esser dictos qui sub forma capillorum nigrorum, infantibus per totam corporis superficiem erumpere, aut capita sua emittere solent, testante praeter alios, Etmullero. (1) Opé microscopii in Tinea capillorum, conspicuntur vermiculi instar tinearum, pilos erodentes, atque consumentes, narrante Dolæo. (2) Adduram cerebri mennigem, vermes quatuor vel quinque majusculos repertos, notat Hildanus. (3) In anteriore capite saepius vermes gigni asserit Alexander Massaria. Per nares rejectos vermes refert Harderus. (4) In auribus reperiri vermes pluribus in locis consignavit Galenus, (5) & post eum plurimi alii. Dentium vermes observavit Salmuth, (6) & praeter eum Pechlin (7), qui perspicilli ope notavit vermiculosillos, lepidæ figuræ. In ventriculo vermes videntur Guil. Piso. (8) ut & Diemerbroek. (9) In umbilico detegitur umbilicalis vermis, Germanis: der geitz wurm, vel nabel wurm dictus, quo interdum vexari infantes observat Cl. Etmullerus. (10) in ipso cordis thalamo repertos esse vermes variorum constat observationibus ut: Pisonis (11) &c. Quis verò sibi imaginaretur, vermes in ipso folliculo fellis esse visos? quod tamen praeter Pisonem affirmit Wierus apud Hildanum. (12) Per lotium ejectos vermes, apud Harderum (13) legere licet. In pudendo muliebri, ut reliquias partes prolixitatis evitandæ causâ silentiò præteream, ascarides reperiri docet Medicorum Princeps (14) his verbis: Ubi in mulieris pudendo aut recto intestino tenues ac minuti lumbrici, ascarides dicti, suboriuntur, &c. In cancro, in ulceribus, & vulneribus, multos reperiri vermiculos, Chirurgis ferè omnibus, curiosioribus sc. notum est. Sic etiam Paræus (15) vermes digitali crassitie, capite acuto, ex abscessu inventre rupto prorumpentes animadvertis. Ita vidimus hominem vernum escam, undiquaque eorum vel vivum, patere injuriis.

*Signa* §. 8. Transeamus nunc ad signa. Mox quidem fatemur nulla dari *diagnos-* aded certa, ut ex iis, quamvis nulla præcesserit vermium excretio, ab solutè

- (1) In Praxi de lach. vitiis p. m. 634. (2) Enzycllop. Chirurg. c. 2. (3) Cent. 1. obs. 4. (4) In apiar. obs. anat. pract. obs. 98. (5) I. de simpl. medic. facult. p. m. 49. Gr. l. 3. de composit. pharmæ. secundum locof. p. m. 143. & in eod. l. p. m. 145. (6) Cent. 3. obs. 32. (7) Ephemer. Germ. Ao. 9. & 10. obs. 24. (8) Histor. natural. & medio. Ind. l. 2. c. xv. (9) de pest. l. 4. hist. 52. (10) in Prax. p. m. 624. (11) in loc. supra citat. (12) Cent. 1. obs. 60. (13) Obs. 98. (14) Sect. v. l. 2. de morb. mulier. p. m. 233. add. Ludovic. Mercat. l. 3. p. 630. (15) l. 19. c. 3. & Hildan. l. 1. obs. 56.

solutè concludere licet, quod vermes sint præsentes, ut cum reliquis sticis practicis docet Cl. Silvaticus, dum statuit: (α) *lumbricos in eorum morborum numerum esse ponendos, qui, quod signo careant pathognomonicō, in mīum fallibili sē. incertam propereā quod Medicos habent cognitionem.* Attamen cum absque phænomenorū proba notitia, sēpē infelix promanet cura, necesse est ut videamus primò quænam in genere dentur notæ quibus hostes nostri ut plurimū se prodere solent. Hæ verò ita sese habent: In verminante ægroto, dentium quidam, dum somno operam dat, auditur stridor, magna præterea salivæ copia ex ore manat, quam dormiens pluribus vicibus deglutit, ac si aliquem bolum devoraret. Vigilantem, narium pruritus vexat, sitisque jam nulla, jam nulli ferè poculorum numero cedens, exurit. Appetitus ferè est prostratus, interdum verò nimius. Præterea venter interdum mirum in modum cum multis borborygmis nec non torsionibus distenditur, imò adeò, ut frequenter hydropicorum speciem præ se ferant patientes. Intestinorum sēpē obruntur lœvitatem, cuius exemplum recenset Hildanus (α) in foemina lienteria affecta, qui affectus post lumbricorum ejectionem cessavit. Oculos ægrotorum plumbi coloris, haud raro cœruleus quasi annulus circumscribit, sudore sēpē frigido & ingrati odoris madent, & in vulta non nisi pallidus, cachecticorum, livore suo, referens colorem, conspicitur color. Nec semper mentis compotes sunt verminantes ægroti. Ipsi interdum lumbrici per os, per alvum, vel per nares ejiciuntur. Indiam minimè perferre possunt tales ægroti. Ex pulsu nulla certa perceptitur vermium diagnosis. Rara præterea, & notatu dignissima, imò incredibilia ferè symptomata excitant interdum infensissimi hi hostes, qui in innumerum ferè numerum, prout Viri Clari notant, augeri possunt. Sic Hildanus (β) mirandæ vermitum in ægroto quodam abundantia mentionem facit. Sic Schenckius (γ) stupendum vermitum numerum recitat quod puerulus septem annorum persecutus fuit, qui tandem per ventrem centum & quadraginta octo ejecit vermes. Plura hac de re desiderantem ad citatum Schenckium dimittimus. Nos in viam redeamus, hoc est ad symptomatum considerationem. Capitis vehementissimos dolores à vermis excitatos invenies apud Hildanum. (δ) Vocis defectum & sputa ex ore à lumbrico lato causatum, jam annotavit Magnus noster Hippocrates (ε) Talem quoque observationem habet Fore-

B' 3

flus.

(α) *Controversi medic. 33.* (α) *Cent. 1. obf. 73.* (β) *Cent. 1. obf. 59.* (γ) *Capit. 4. lumbuc.* (δ) *Cent. 2. obf. 73.* (ε) *Secc. v. l. 4. d. morb. p. m. 71.*

## 12 DISPUTATIO MEDICA

stus. Et præter eum, obmutescientiam cum oculorum rigore à ver-  
mibus ortam in puella quadam, animadvertisit Alexander Benedictus, de  
qua vid. Schenckium (ξ) Odontalgiam vermes pro causa agnoscentem,  
inter plurimos refert Dolæus (η) Linguam subito tumidam & nigrat  
à vermis factam, constat ex Ephem. Germ. (θ) Lethargum ex ver-  
mibus, habent Hollerius (ι) & Harder. memoriaz traditum. (κ)  
Pleuritidem ex febri verminosa nobis patefacit Harderus. (λ) Cardialgiam  
ex eodem fonte promanantem nobis tradit idem author. (μ) ut & Gui-  
lielmus Piso (ν), & alii. Animis deliquium ex eadem scaturigine profluxisse  
notat Piso. (ξ) idem quoqne ex hac lerna, ortam fuisse Cordis Palpi-  
tationem, & Respirandi difficultatem, nec non Febres graves atque mali-  
gnas narrat. Brachiorum & pedum Paralysin à lumbricis ortam affir-  
mant Eph. Germ. (ο) Motum involuntarium toti corpore à vermis illa-  
tum memoriaz commendavit Dolæus, (π) cumque casus memoriaz &  
notatu sit dignissimus, cum adscribere liceat. Pueila duodecim circiter  
annorum, in pago Rochshausen diœcesios arcis Falckenburgensis, cum  
morbillis Ao. 1683. mense Martio epidemicè iis in locis grassantibus la-  
borasset ac sanitati pristinæ restituta esset de tremore totius corporis su-  
bitaneo, sed interpolato couqueritur, quem sequenti die tam vehemens  
universi corporis except motus, omnes in medio & infimo ventre con-  
tentas partes quasi divulsurus, singulis diebus ter vel quater eam affligens,  
sed absque notabili dolore, ratione salva & illæsa manente. Durante pa-  
roxyso, qui per duas horas cum astantium commiseratione se exten-  
bat, decumbebat cum horrenda hinc illincque corporis jaclatione, nec  
interrogata responsionem dabat, omnia tamen bene intelligebat, qua ad  
interrogationem nutu capitis vel negabat vel affirmabat, cessante vero pa-  
roxyso surgebat, bene comedebat & bibebat, urina erat livida & te-  
nuis. Interroganti in quanam parte motum primariò perciperet, re-  
spondet in ab domine illum primò cum frigoris sensu sentiri. Tandem,  
postquam Medicus eam vermis laborare suspicaretur, convenientibus  
à malo liberata est remediis. Quod in hoc casu loquendi impotentia  
multum à nervis recurrentibus male affectis dependerit, nobis persuade-  
ret, Cl. Nuckii Anatomici dexterimi experimentum quod dum Leida  
adhuc

(ξ) cap. d. Iambuc. (η) enzycl. chirurg. p. 525. (θ) Anno 8. obs 100. (ι) Cent.  
3. obs. 26. (μ) in Schol. ad. obs. 32. (κ) obs. 96. (ν) in Schol. ad obs. 98. (ρ) in  
ibid. Indic. l. 2. cap. 15. (λ) l. 2. c. xv. (ο) Anno 11. obs. 63. (π) Enzycl. Medic. l.  
6. cap. x.

adhuc viveremus, in ejus ædibus vidinus: scilicet in cane vivo, cui dum nervum recurrentem dictum filo constringeret, omnem latrandi vim adimebat, ita ut canis non nisi raucum sonum edere valeret, postquam verò hunc nervum omnino proscidisset, nulla unquam sonum emittendi potestas cani rediit. Hæc autem obiter. Casum adhuc referam, nuper à Clarissimo Hermanno Molitore, celebri Holmiæ Medico, amico meo integerrimo mihi communicatum, ita rarum ut cum Dolai historia certare possit hac in parte. Hæc verò sunt ipissima Doctoris ad me verba. Quantum ad observationem de vermbus, quibus labrabat puer de quo loqueris. Scias primò Matrem ejus semper à lumbreis valde fuisse vexatam, ita ut nuper quoque magnam eorum excreverit copiam. Filius ejus qui quatuordecim erat annorum, eodem incommodo laborabat, & lumborum vulgarium multos egerebat, qui tamen non nisi solita in illo excitabant symptomata. Ante annum verò, aut quod excurrit, dolores in abdome movebant ita vehementes, ut singulis vicibus puer tam gravibus corporis convulsionibus & contortionibus corripebatur, quam unquam percessus est ullus Epilepticus. Incipiebat cum solis ortu, & cum sole occidente finiebantur, semper per dimidiā vel integrā serè horam continuabat, eoque tempore omnino mente carebat, continuò clamitans: ut auferrent canem qui cor ejus rodebat; totum corpus tam vehementer hinc iactabat, ut parum abesset quin trium robustorum virorum vires superaret; nulla verò ad os ejus conspiciebatur spuma, nec prout fieri solet in Epilepsia, pollices convulsos arctis manibus comprimebat. Finitò paroxysmò animicerat hilaris, nec nisi de debilitate quadam querebatur, quilibet verò paroxysmus à magnō cachinnō absque manifesta causa, initium faciebat. In principio singulis diebus paroxysmos ita vehementes numerò sex experiebatur, deinde pauciores & breviores; donec omnino evanescerent, ultimum paroxysmum quando expertus erat, semper prædicere poterat se à vesperā futurum ab omnibus insultibus liberum, prognostici quoque sui veritatem probabat quiete optata qua sequenti tota nocte fruebatur. Tandem singulari quodam remedio usus est, ex quo postquam magnam pituitæ copiam excrevisset, nullos verò integros vermes, omnino restitutus fuit, per tempus quidem certum mente debiliiori laborabat, sed & hæc pristinas recuperavit vires. Huc usque Clariss. Vir. Amatus Lusitanus (¶) rari quoque phænomeni historiam lectoribus

com-

(¶) Cent. 2. Cura. 40. (¶) Cura. 41. (¶) Cura. 42. (¶) Cura. 43. (¶) Cura. 44.

## 16 DISPUTATIO MEDICA

communicat. Puer sc. quatuor annorum lumbricis afflictus, totus nauseabundus, cum appetitus prostratione, hinc inde ceu insanus movebatur, ita ut omnes eum moriturum prædicerent, ipseque Lusitanus cum, multis frustra tentatis, ceu deploratum relinquenter. In agone verò, alvo citata, misellus puer vesiculam pilæ modò rotundam, per inferiora exclusit, quam Mater coram multis assistentibus cum aperiret, vermium parvorum myriades non sine admiratione videre omnes. Sic quoque Pater meus simile quid accidisse puero cuidam, cuius curam ille meditabatur, notavit. Hic puer laborabat totius corporis exterioris tumore, Medicis analysca dicto, Pater meus vocatus accommodatis remediis per Dei gratiam tantam illi afferebat opem ut omnis ferè evanesceret tumor, non tamen ab eo liberari poterat venter, nec ventriculi regio, omnia que diuretica s. per urinam operantia remedia, nullum sortiebantur efficiunt. Tandem de vermis Parens cogitare incipiebat, & quamvis nulla manifesta eorum adessent signa, pessimi saporis pulverem quendam ægrotulo suo præscripsit, qui eō assumpτō, vermium nidum, magnitudine & figura parvæ pilæ haud absimilem, per vomitum rejiciebat, quem mater ejus postquam aperuisset, eadem omnes videre, quæ in sua historia recenset prædictus Amatus. Brevi verò post, ab eo scilicet tempore, quo à pessimo vermium involucro liberatus erat patiens, omnis desidebat tumor. Pueros Opisthotono à vermis orto correptos invenies apud Schenk. (e) Omnem verò fidem superare videtur ea historia, quâ Erasmus Roterodamus suam pro Medicinæ laude orationem exornavit, cuius Cardanus, (r) prout narrat Schenckius (v) mentionem facit. Vedit sc. dictus Erasmus, virum, nomine Philiarium Spoletanum, qui cum Italus esset, nec in Germania versatus unquam, pulchre tamen Germanicam linguam loquebatur, quasi dæmone detentus: quam obrem curabatur à Panaceo Medico celebri, isque medicamentō exhibitō, magnum vermium numerum eduxit, solvitque hominem morbō, & linguæ Germanicæ usu atque scientiâ simul privavit. Quoniam adhuc in rariorū symptomatum, vermes pro causa agnoscentium, enarratione versamur, duas adhuc charissim. Parentis mei, notatu dignas addam observationes. Prima est de Virgine, filiâ nobilissimi cuiusdam equitum Magistri ex Livonia oriundi. Longo tempore hæc virgo maximis doloribus & anxietatibus cordis fuit obnoxia, omnia Pater ejus quæ ex cogitari potuere à Medicis clarissimis, in medium proferri curavit, voti tamen

(e) Lib. d. lumbr. (r) derer. varietat. l. 8. c. 43. (v) Obs. d. lumbric.

tamen minimè composfactus, ægrotæ enim vitam cum morte commutare fuit coacta. Ut verò de causa tam morbi, quām obitus charissimæ suæ filiæ quandam habere posset notitiam Parens ejus, cadaveris instituta fuit apertio, atque cor undiquaque longioribus vermis pertusum conspectum est. & ita prominuere hæc animalcula, ut cor haud esset absimile carnis lardo trajectæ. Alteri observationi ansam dedit senatoris cuiusdam filius, qui ardenti febri valde afflictus non restitui potuerat antequam vermem spithamum longitudine æquantem per vomitum ejecisset, & statim ab hoc vomitu pristinæ sanitati reddebatur. Varia vulnera, abscessus & ulcera excitari à vermis haud ignotum est. Ita lumbricos intestina perforasse scribit præter alios Craftius apud Hildanum, (φ) idem quoque author testatur se vidisse puerum duodecim annorum, cujus ventriculo in sinistro latere, paulò suprà fundum vermes inflixerant foramen, in quod digitus facile immitti poterat, & per quod unà cum indigestis cibis vermes in inferiora, versus os pubis cadebant, ibique tumorem & frigoris sensum excitabant. Vermes digitali crassitie, capite acuto, ex abscessu in ventre rupto, exire vidit Paræus. (χ) Intestini à lumbricis perforationem cum tumore subitaneo in inguine dextro, scrotum versus, factam in viro quinquagenario, satis alijs sano & incolumi, annotat Cl. Harder. (ψ). Non verò semper gravia symptomata à latentibus hisce anguis excitari, confirmat experientia, & interalia Cl. Wecker (ω) qui notat ancillam tredecim vel quatuordecim annorum nulla adversa valetudine utentem, & facile vocationis labores facientem, lumbricum quatuordecim circiter pedes longum egesisse. Sed hæc sufficient de communibus vermium signis ita in Praxi observatis, progrediamur jam ad ea, signa diagn. quæ longis, ita enim hæc species vocatur, lumbricis, (de quibus vid. longor. paragr. 4.) sunt propria; quamvis in multis cum generalibus signis conveniant, ita tamen recensentur à Practicis: adest mordicatio stomachi cum punctura ejus, eructatio cum foetore, deglutiendo difficultas, nocumentum ex cibo, ventus supervenit lubricitas. Cordis adestr tremor, superveniunt timor, tussis sicca, frigiditas corporis, alii per somnum edito clamore expergefacti exiliunt è cubili, iterumque protinus sopiuntur. Aliter inter dormiendum linguam exserunt, & vario decubitu corpus jactant. In vultu colorum quædam percipitur mutatio. De lati lumbrici signis sequentia apud magnum Coum (α) leguntur. lati signa Quilum-  
bric.  
C

(φ) Obsf. 71. Cent. 3. (χ) l. 49. c. 3. (ψ) obsf. 70. (ω) apud Schenck. de lumbr. (α) Sect. v. l. 4. de morb. p. m. 71.

*Qui latnm lumbricum habet, ait, is quale quid cucumeris semen subinde cum stercore per album egerit. Increscente autem pueru lumbricus etiam ex his qua in ventriculum ingesta sunt, in intestino increscit, & his quidem cum puberrate quibusdam etiam posterius, alias vero paulo ante intestino equalis evadit. Et ubi intestino ad aquatus fuerit, similiter cum eo increscit, & quo major exciterit, per rectum intestinum, una cum stercore excrenitur, & velut cucumeris semen excidit, plerumque etiam major. Nonnullis vero iter facientibus aut vehementer laborantibus, ex venire incalescente deorsum prodit, ipsique ex recto intestino quid inflatum prominet, & ex ano referatur, aut refrocedit. Quod si quis hominem lumbrico laborantem curat, & medicamentum aut potionem exhibeat, siquidem homo probè preparatus fuerit, totus rotundus in pilâ formam prodit, & homo convalescit. Si vero ex medicamento excidat, rectus lumbricus duorum aut trium cubitorum abrumpitur, aut etiam longè major. Quo abrupto mullo tempore cum stercore signa nulla se produnt, postea vero increscentia. Est autem ejus species velue album intestini ramentum. Hac vero habet indicia: ex alvo subinde quale cucumeris semen egerit, & ubi quis jejunus fuerit, alias atque alias ad hepar, hoc est, versus superior, impetu fertur, & dolorem excitat. Interdum autem ubi ad hepar, ceu versus superiora, ut jam dimisimus, irrumptit, sputa ad os affluunt, interdum vero minime. Nonnullis quoque vocis defectionem immittit, & ex ore sputa admodum multa effluunt, que paulo post sustentur, subindeque termina multa in ventre excitantur. Quandoque etiam ad dorsum dolor fertur, illuc enim etiam incambit. Interdum vero ista lumbrici lati signa sunt. Hoc vero etiam contingit: Ei qui hoc animalculum habet, toto quidem tempore nihil horrendum accidit, cum vero debilis exciterit, agre reficitur. Lumbricus enim eorum que in ventriculum ingeruntur, partem aliquam assumit. Huc usque Venerandum Senex. Multa adhuc Practici signa hisce adjungere solent. Cum vero antea dictum sit, vermium certa signa non dari, supervacaneum esset certa cuiusdam vermium speciei meditari phænomena. Convertimus nos ad ascarides. Hi vermiculi intus in ano versantur seu in intestini recti extremitate, in qua jam levem, jam graviorem, jam gravissimam excitant praritum atque vellicationem. Semper eorum pars quedam mortua, quedam viva excrenitur una cum excrementis, quibus, si fuerint duriora, adhaerent, si vero fuerint tenuiora, innatant. Vespertino*

*Signa  
ascari-  
dum.*

tino tempore atque autumnali maximè infestari solent pueros, ut jam suo tempore docuit Hippocrates, idque in me ipso expertus sum, cum duodecimum agerem annum: media enim æstate, ascarides nesciebam ferè, & quamvis eos semper tam vivos quam mortuos in alvi fecibus cernerem, nullos tamen eorum ictus, prout solitus eram anteà sentiebam, appropinquate verò autumno, quā æstatis tempore gavisus eram, quietem duplò majori solvere cogebat inquiete atque dolore. Vespertino tempore circa quartam, quintam, interdum septimam, admodum levis titillatio futurum paroxysmum minabatur. Hinc circa illud tempus semper tristior, adventantium hostium impetus expectabam. Lectum postquam horā nonā vel decimā petiissim, valde crescebat dolor conjunctus cum continua desidendi cupiditate & urinam mittendi desiderio; momentaneum quoque solatum tam ex alvi, quā ex vesicæ evacuatione ortum doloribus turbatum animum mulcebat, quod tamen non omnibus verminantibus contingit, multi enim clamitare solent pueruli, se alvum velle exonerare, voti tamen minimè compotes fiunt, nec quicquam ejicere valent. Sistebatur ut plurimum omnis tristis sensatio circa undecimam noctis horam, & post id tempus liber eram ab omni doloris sensu. Optimè mihi erat quamdiu alvus mihi erat laxa, ex constricta verò alvo magnum dolori accedebat incrementum, id quod plurimi Practicorum in suis ægrotis quoque notaverunt. Tantum dolorem excitare interdum solent ascarides ut ad insaniam ferè ægrotum adigant, quod in puero quodam videre mihi contigit. Hic puer admodum horariis fructibus delectabatur, ita ut semper vel cerasa, vel poma, vel pyra, vel alia putrefactioni facile obnoxia copiose ingereret. Huic vitæ cum per aliquot tempus indulsisset, ascaridibus adeò pungebatur, ut adventante nocte insanus quasi, jam plorans, jam altius suspiria trahens, jam clamitans hinc illinc miserum corpus jactaret, jam ventri, jam dorso, jam laterum alteri incumbens, mox in calido, mox in frigido loco, mox in corporis situ recto, mox in incurvato solatum quæreret, hæc agendo vires illi valde dimibabantur, cum verò hora instaret undecima, dolor siebat remissior usque dum omnino eum relinquoret somno, viribus fractis admodum necessario. Sequenti die evigilans, quietem illi situi adscribebat, quo usus fuerat immediate ante somnum; sed frustra ad eundem se recipiebat situm ejusdem diei vesperâ, nam situi ex inficitia nimium tristuerat,

## 20 DISPUTATIO MEDICA

buerat, quemadmodum facere solent ii qui Podagræ immanibus doloribus excruciantur ut refert Cl. Sydenham. (2) Tandem observatur decenti diætæ, & remediis appropriatis sanitati reddebat puer de quo per transitum locuti sumus. Antequam finem huic imponamus paragrapgo, hoc saltē addamus, quod vesperi aut eo tempore quæ maximè urgent dolores, ascarides serpentes in puerorum ano conspiciantur, deductis scilicet natibus. Id quod, mihi aliquando dixit, fæcē sapientius obseruasse, Cl. D. Bernagie celebris Practicus Amstelodamensis, fautor mibi in æternum colendus, qui prout curiosus Hippocraticæ legis obseruator est, ad ægrotorum lectos me sapientius deducit, & in deliciis habet, quod peregrinis consilio ex opera vacare possit.

*Prognostis.*

§. IX. Accedamus jam ad prognosin; in qua ante omnia notamus, quod statim ac vermium adest suspicio, animus quoque ad curam seu ad methodum eos enecandi & exturbandi converti debeat, multi enim ægroti ex cura nimis tardè parata, obierunt. Ut Medicus aliquatenus certus sit de curæ, futura vel facilitate vel difficultate, probè consideret symptomata, num gravia vel levia; præterea ægroti corporis habitum, æatem, ut & cibum, quō vescitur. Præterea, majores verius minoribus difficilius exturbari ex theoria sciatur. In febribus rejectos lumbricos, malum significare, tristi experientia in filio suo edoctus, notat præter alias Practicos Dolæus. Si verò per crisi, suaque sponte egrediuntur, sine magna molestia, bonum esse testantur Medici. Vericolores lumbricos omnium esse deterrimos docent iidem. Omnium verò minus periculosi sunt ascarides, cùm ob tenuitatem exiguitatem, tum ob locum quem obtinent à principibus partibus remotum. Interim experientiae constat, & hos intestinum rectum sc. perforando, fœdida ani vulnera excitasse, atque epilepsiam ipsamque mortem intulisse. Exitum vermium cum sanguine per secessum malum pronunciant Medici. Cum vides patientum in anbelitu difficultari erit que anbelitus frigidus, & corporis ejus tumefactum mortem vicinam expecta, verba sunt Cl. Savanarolæ (2) Item, cum patiens ad hoc pervenit, quod oculos apertos tenet & non videt quod comprehendetur ex applicatione digitii usque ad oculum, in qua approximatione oculus non movet, ut faciunt mangones equorum quum volunt videre si equi videant, est signum festinæ mortis: idem author ait. In omnium infantum affectibus, imprimis abstrusioribus vermium habenda est ratio,

(2) In tr. de podagr. (2) De agrit. intest. cap. 16.

tid, ita enim infantiae communica sunt hæc animacula, ut teste Hippocrate ne embryonem quidem uteri claustrum ab iis descendere queat.

§. X. Quæ verò verminantium ægrotorum cura sit, jam erit considerandum. Duo requiruntur ad hanc feliciter obtainendam, sic ut juxta Coum: (<sup>¶</sup>) non modò medicus suum faciat officium, sed & ægrotus. Ægroti officium erit ut se exhibeat promptum, ad observandam diætam, & assumenda remedia, quæ illi præscribet pro sua prudentia Medicus.

Diætam absolvunt committenda & omittenda. Vitabit proinde ex Medici jussu, omnia ciborum genera, quæ ex viscosis & facilè putrescentibus constant particulis. Non quod existimemus ex sola putredine nasci vermes, sed quoniam omnia viscida & putredinem consideramus ceu commodum vermium nidum idoneum ad producendos ex ovis vermes ut diximus paragraph. 5: in fine sic lac, ceu maximum vermium nutrimentum, rejiciat, nisi certas ob-rationes illud assumi illi à Medico imperetur: quamvis pueri, quamdiu solo lacte utuntur à vermbus sint liberi, prout animadvertisse Medici. Pisces, imprimis squammis carentes, ut anguillam &c. fugiet, chylum enim ex iis viscosum confici experientia docuit, & ratio persuadet. Præterea, omnia concoctu difficultiora, sanis relinquit digerenda stomachis: in eorum, sc. concoctu difficultiorum, numero reperiuntur: pisces saliti, ex aëre vel fumo induratae carnes &c. Interim sècuper Medicus operam dabit, ne cibus ægro deficiat, minus enim si aluntur tales ægroti, imprimis qui majoribus vermbus scatent, non modò in atrophiam incidunt, (vermes enim multa assumtorum parte eos privant;) sed & lumbrici escam quærentes vehementioribus ventriculum aut intestina ictibus persequuntur, ita ut lumbricis lac offerre sàpè coguntur Medicis, teste Savonorâ, ad eos compescendos. Cibus autem, quo vescaatur æger sit boni fucci, ut: ova, juscula caponum, carnis vervecinæ, vitulinæ, &c. Vinum illi omnino prohibere non opus est. Somno utatur mediocri, ne nimis vigilis defatigetur. De aëre quid dicam, non habeo. Sed ut semper, ita hic quoque ex temperantia seu mediocritate multum in nos redundare boni notamus.

Ipsam pharmaceuticam curam quod attinet, antequam ad eam se accingat medicus in auxilium vocatus, ante omnia maximam habeat <sup>Cura-</sup> <sup>phar-</sup> <sup>maceut-</sup> <sup>ratio-</sup> <sup>tiea.</sup>

(<sup>¶</sup>) in aphor.

## 28 DISPUTATIO MEDICA

rationem ætatis, sexus, temperamenti & symptomatum ægroti. Imprimis verò explorabit num medicamenta jam ab alio sint exhibita, & cuius illa fuerint naturæ.

Cum vermes prout ex Doctis Veteribus antea notavimus, sint animalcula, raro genere præter naturam genita, facilè liquet eo dirigendum esse studium Medentis ut eòs ex corpore pellat. Hunc autem scopum quādiu hostibus illis vita est, minimè obtinebit. Hinc primò sunt encandi, quod fiet remediis anthelminticis dictis; quæ varia sunt, & ut plurimum, nisi nonnulla chymica & frigida dicta excipias, saporis sunt amari. Simplicia sunt: e. g.

Calamintha, multis laudibus à Galeno prosecuta. Absinthum omne. Abrotanum. Radices graminis. Acetosæ. Calamus aromaticus. Zedoaria. Persicaria. Nigella. Rosmarinus. Staphisagria. Gentiana. Tanacetum. Angelica. Corallina. Centaurium minus. Semen Hyperici. Scordium. Succus hellebore nigri. Mercurius dulcis, crudus s. Hydrargyrum. Cornu Cervi raspatum, ustum. Antimonium. Vitriolata. Succus limonum. Cinnabarina. Aloë. Myrrha. Mastix. Semen portulac. Citri. Coriandr. fel tauri & ursi.

Composita sunt: varia, Species diamercur. Mysichti. Hiera picra Galeni. Theriaca Aner. Pulvis contra vermes Aug. &c.

Ex hisce parantur pro lubitu formulæ e. g. Potio vermes encans,

*2. Aq. Cent. min.*

Gramin an. 3i*ß*.

Syr. acetos. 3v*j*.

Conf. de hyacint. 3*j*.

Pulv. contr. verm. 2*j*.

M.

*Jejuno ventriculo assumatur.*

Vel:

*3. Rad. Filic. 3ij.*

Calam. arom. 3i*ß*.

Gentian. 3*j*.

Herb. absint. rom. M*ß*.

Angelic. M*j*.

Sem. Santonic. 3ij.

F. nodulus.

Super-

Superfundantur illi Hydromol. ibij. ejus deinde post justam extractionem, justam pro ratione circumstantiarum Medico notarum, ægregius bibat domi. Si magis arrideat bolus:

*24. El hier. picr. Galen. 3*β*.*

*¶ dulc. gr. xv.*

*M.*

*Vel:*

*24. Cons. fl. ros. Dij.*

*perlicor. Dij.*

*Myrrb. p. D*β*.*

*C. C. uft. gr. vi.*

*M.*

De Mercurio dulci verò maximè notandum; quod examinari debet, num ritè fuerit præparatus ne pro medicamento exhibeamus venenum. Præterea optimè Mercurius præscribitur in pilulis sic enim dentium vacillationi ansam non præbere potest. Pulverem qui mavult.

*24. Pulv. contr. verm. Aug. 3*β*.*

*Divid. in 8. p. a.*

Cujus per octiduum manè capiat partem unam, cum cochleari lactis dulcis.

Cùm verò non omnes amarum saporem perferre valeant, ut imprimis puerorum plurimi, & foeminæ delicatulæ, anthelminticis sacharum est induendum nisi hysterica sit mulier, exhibendaque sunt, sub formâ trochisorum vel tabellarum e. g.

*R. Rad. Gentian.*

*Zedoar. an. 3*β*.*

*Sens. Hyperci.*

*Santonic. an. Dij.*

*Sacchar. in aq. gram. solut. q. f.*

*M. F. Morsul. vel rotul.*

Ita in pharmacopœis semper solet esse paratum semen contra vermes sacharo inductum.

Hic etiam notamus quod omnia anthelmintica exhiberi soleant, optimo cum successu decrescent luna, interim, hujus rei rationes reddere, & astrorum influxus in corporibus nostris, efficaciam, ac si pro ora dimicandum esset, defendere supersedemus, ob causas in præfatione nostra uberrimè declaratas.

Omn-

Omnibus anthelminticis palmam quasi præripere videtur, Mercurius ille vivus, qui tot vexat Alchymistas à quibus infinitis afficitur, torturis. Hujus metalli virtutes nunquam satis exaltari posse, fatentur Practicorum gravissimi. Non tamen omnibus eam licet adire Corinthum, multos enim Panicus terror ab ejus usu profugat, inter quos sine dubio fuit Mathiolus, qui eō medicamentō se nunquam usum fuisse fatetur, quamvis se vidisse dicat (e), non saltem absque ullo incommodo, sed & felici semper eventu, etiam ægrè parturientibus mulieribus fuisse exhibitum crudum Mercurium. Quæ ille se vidisse pronunciavit, ea confirmat Fallopius: (z) his verbis: *Si bibatur argentum vivum, illud non facit quod facit uerum. Vidi mulieres, que libras ejus biberant, ut ab orum facerent & sine noxa, ego exhibeo in vermis puerorum & nulla parit symptomata, solum necantur vermes.* Fabricius Hildanus meminit mulieris cui multa, frustrà tamen, contra vermes exhibita fuerant remedia, iis vero cum esset additum hydrargyrum à malo liberata fuit. Sic Baricellus viduam mulierem, quæ novem dierum spatio, vomitis continua, ex vermis laboraverat, & fere triduo non comedera, nec cibum retinere valuerat, curavit hydragyr. Ðij. quos illi cum tantillo cydonii, mortificandi Mercurii gratiâ additi, propinavit, quæ post hoc remedium, absque ulla molestia per alvum centum & plures emisit vermes. (n) Modos quibus exhiberi solet hydrargyrum recitat duos Riverius in sua praxi. Primus est talis.

R. Arg. viv. Zi.

*pro puerulis verò scrupul. unum. vel duos benjoin. Ðß. Aq. vit. rectif. gr. iv. l. v. Miscentur simul in vitro mortario cum pistillo vitro. Postea add. conf. ros. aut violar. q. s. ad incorporandum, ut f. bolus, quem capiat æger manè per se, vel in pane hostiario.*

Alter authoris modus ita sese habet:

R. Sachar. valde rubri parum, aq. commun. gr. iiiij. l. iv.

M. in mortar. vitro ad consistent. mellis, deinde add. argent. viv. quantitatem dictam. Incorporentur simul, addendo ol. amygd. dulc. gr. vij. aut viij. que impedian ne Mercur. vivificari possit.

*M. omnia.*

Tandem cum pauca conf. ros. f. bolus. Sed solet absque tot ambagibus

(e) apud River. in prax. c. d. lumb. (z) tr. de morb. Gallic. (n) apud. River.

gibus Mercurius vivus per se exhiberi satis tutò, præmissa saltem ejus per corium aliquoties repetita expressione, qua ab externis impuritatibus liberatur & multò majorem acquirit splendorem, ita expressum solent ad  $\Sigma\beta.$  exhibere. Sed superest adhuc via longè tutissima, & satis experta, quam lustrabinus.

$\Sigma\beta.$  Mercar. vir.  $\Sigma\beta.$

Leniter bulliat in olla novâ, cum aq. comm.  $\Sigma v.$  l. vi. usque ad medicatis consumtionem, hæc Aq. frigefacta, habita ætatis, ut volunt, ratione, certà propinetur quantitate. Quam fidelis vermium antagonista hæc aqua sit, & quam Herculeas possideat vires ad vermes necandos præter Helmontium expertus est Parens meus, idemque confirmat nobilis Boyle, (<sup>8</sup>) his verbis. *Cujus rei sc. quod corpuscula admodum exilia magnam liquoris partem imprægnare possint, non minus insigne, ait, aut insignius etiam forte in argento vivo exhibetur exemplum, observatur enim ab Helmontio, licet liquor nec quoad odorem, nec quoad saporem mutetur, neque ulla tenus diminutus sit sensibiliter Mercurius, aut levior factus, liquorē tamen, ope effluviorum illorum, sensibili pondere carentium, insgnem adversus vermes acquirere virtutem.* Quare non Helmontius modo sed & ante illum peritissimus Chymicus Hartmannus, aliusque præstansissimus scriptor, hoc remedium extollunt. Hic autem loci memini eleganter puerum illustris familie heredem, periculosa correplum febri, quæ à vermis oriri videbatur, celebris Medici cura fuisse commissum, qui ingenuè mihi fassus est, nullam sibi superesse servandi spem quia cum suo semper vixisset arbitrio, remedisque opato successus carentibus defatigatus, tantè pertinaciè quidquid medicamentum quodpiam oleret, respuebat, ut nulla induci arte potuerit, ad alium quam debilioris cerevisie potum. Quare consentientibus & Medico, & Comite cuius filius erat, debilior quam utebatur cerevisia mercurialibus imprægnata est particulis, una cum argento vivo, frequenter agitata, quo factum est, ut ager nulla coloris, aut saporis in potu mutatione percepta, eam avide deglutiens, Deinde beneficio sanitati restitutus fuerit. Hucusque nobilissimus author.

Præter jam dicta anthelmintica remedia, certum in omnibus oleosis atque spirituosis, contra pessimos intestinorum hostes reperitur præsidium. Oleosa enim, si pro more hujus seculi, philosophari velimus, lumbricos suffocant & interimunt, eorum spiracula occludendo, illisque transpirationem, quâ solâ vivunt, adimendo, docente Riverio

D

spiritu-

(<sup>8</sup>) *Inr. specific. remed. concordia enim corpuscular. plulos. p. m. 9.*

## 26 DISPUTATIO MEDICA

spirituosa verò evos sine dubio resolvent in mucum, quemadmodum aqua salsa limaces in talem soluit pituitam. Inter olea, imprimis commendat, Stocherus in praxi sua oleum è ligno exsiccatu coryli s. avellan. per descensum paratum, & ad guttas 3. l. 4. pueris cum panis mica exhibutum, quod asserit, immediate lumbricos interficere & educere per secesum, imo verò lumbricos & pediculos extra corpus, levi contactu enecare. Hoc oleum illud esse heraclinum, quo Martinus Rulandus pueros à lumbricis ferè in momento liberabat, labra & umbilicum eodem illinendo, multi contendunt, referente Riverio. (1) Magni quoque usus & fructus est oleum amygdalarum utrumque, omnibus tamen præfert Ol. Juniperi Riverius, quod ad guttam unam cum juscule exhibutum puerulis multùm opitulari testatur. At si omnia oleosa prosunt, quomodo dicere possumus unum oleum magis esse specificum quam alterum? nonne oleum olivarum æque transpirationem impediret, ac oleum coryli vel juniperi? hæc postrema verò non modo transpirationem impediendo, sed ob subtilitatem suam profundius penetrando neant. Quicquid sit causarum explicationi non inhæremus, nec à præfatione nostra hujus rei venia nobis daretur. Sufficit quod experimentis, non verò argutiis inde deducuntur curandus sit æger.

Spirituosa medicamina quod concernit, satis & illa nota sunt. ut spirit. Vin. sp. C. C. Urin. sp. sal. amm. &c. inter composita, ob suas virtutes singulares eminent: elect. de hier. picr. Galen. & theriaca diatesseron Mesue, Andromachi enim theriaca, ob opium quod continet, vix præscibenda, nam docet Galenus variis in locis, opium pueris nocere. Tum Elix. Vitriol. Propriet. Paracels. &c.

Vermes ita necatas, statim ex corpore eliminare, alreia indicationis curativæ pars jubet. Hoc verò sit beneficio variorum purgantium, sub variis formulis exhibitor: e. g.

R. Pil. aureas. q. v. vel. Pil. cochias.

vel pil. Ruffi.

Si vis pulveres:

R. Diacartham. Arnold. de Vill. nov. vel. Diaturbit. cum rhabd. Montagnau. l. pulv. hier. piór. q. p.  
vel.

R. rad. gentian.

res jalap. aa. Æ. β.

(1) In prof. p. m. 234.

scansmon.

*Scammon. gr. iv.*

*Tart. Vitriol. 3 fl.*

*Ol. anis. gr. ii.*

Præterea clysteres dulces injici curant Practici, ut inferiora versus alliciantur vermes, cuius generis sunt qui fiunt ex lact. vaccin. & sacerhar. &c.

Post dulce verò enema adhibent amari saporis clysterem, quo allectos vermes prorsus enecant & exturbant. Tales clysteres, quilibet artis peritus Medicæ, componere callet.

Ne verò specificam ascaridum curam negligamus, notare convenit, quod maximè conducant: injectio Aq. vit. Gallic. per siphonem, cui addere possumus sp. C. C. l. camphor. l. sp. Sal. Amm. vel urinæ.

Inter medicamenta topica sunt: unguent: liniment: & catapl. quæ stiam ex appropriatis fingere potest Medicus. sic. e.g.

*Rx. Ol. diaocolycnt. Querc. 3iiij.*

*deft. absint. gr. viii.*

*fel. tauri inspiss. 3 fl.*

*ur. 3i.*

*M. F. linim.*

Huc facit: sulphur. vivum. suligo. suc: fol. persicor. contus. Oleum ment. unguent. contra verm. Aug. sterlus muris, quod seu singulare specificum annotant Practici. Lumbrici siccii pulverisati oleo subacti, & empl. modo stomacho applicati. Præterea saevum calidum intestini recti extremitati illatum, certò eos enecare, indubitatò verum est.

Notatu autem dignissimum est, quod ab ascaridibus nunquam ita liberentur æ gri, quin etiam post aliquot annos eosdem hostes experiantur, paout mihi quoque narravit jam nominatus Cl. D. Bernagie.

Qua ratione tractandus sit æ ger aliis symptomatibus simul correptus, hoc silentii involucro involvimus, ne diutius noctuas Athenas feramus. Hic proinde filum rumpimus, ne ulterius nostri tedium capiat B. L. quem unà rogamus ut, si nostra minus illi placuerint, considerare ve lit, neminem mortalium omnium gratiam posse adæquare.



## COROLLARIA.

**V**Itam nostram merè esse corpoream, aut hominem merum esse automaton, animamque nihil ad vitam contribuere, merum est figmentum impium, & ab homine christiano non tolerandum, nec exceptio succedit, intelligendum hoc esse de solo corpore, quis enim solum corpus ausit vocare hominem? Rectè enim dicebant antiqui, prout habet Cicero, id, quod circnducatur ab Achille, non esse Hectorem, sed corpus quod fuerat Hectoris.

**Serpentibus per œsophagum nostrum viam in ventriculum patere, anatomicæ non est contrarium.**

III.

**Omnia ventriculi vulnera non sunt lethalia.**

IV.

*AN EXTRACT*

*Salia lxxiviosu, absolutè fixa nominari, non possunt.*

# W E I B E B

*Nam: Absolutè fixa in rerum natura non dantur,*  
Iohannii Medicinae de pueris ac posticis ex  
Medicinae quae Iugabemus Utrecht.

**V.**

*Ex plebis experimentis & observatis, Medicina ortur, & ortum est augmentum, imo longè majus, quam ex curiosis meditatis in cerebro, juvante musæi solidudine natis.*

**F I N I S.**



*A la*

*J. OLDERMAN.*

A la louange  
DE MONSIEUR  
B E L O W,

Lorsqu'il prenoit le bonnet de DoctEUR en  
MEDICINE dans l'ACADEMIE d'UTRECHT.

**E**UNfin voici le jour qu'apres tant de labours  
Un corps d'Illustres Professeurs  
Vous rend par un illustre témoignage.  
Ce que je rense par droit d'hommage.  
De déclarer la guerre aux vers, ce n'est pas peu  
Car c'est éteindre en nous un feu,  
Et qui rongeant nos entrailles & nos cœurs,  
Nous consume par des langueurs.  
B E L O W ce clair voiant Argus  
Va détruire ces petits loups goulus,  
Et par luy nous vivrons  
Comme par eux nous languissons.  
Vivés donc grand restaurateur  
De nos Santés ; qui domptés nos langueurs.  
Ne mourez jamais à nos vœux,  
Vive votre nom en tous lieux.

En témoingage de l'amitié & du respect  
de son inviolable ami & tres obeissant  
Serviteur

J. OLDERMAN. S.

A D

CLARISS. ET DOCTISS. Dn.

JACOBUM FRIDER.  
B E L O W.

*Quum pubilcè Med. Doct. renunciaretur.*

 T sterilis generare potest Animantia tellus.  
Ut vix sufficiat queis tunc alimenta ministret,

Sic fragilis teneri non raro machina nostri  
Corporis, infensis agitatur vermis, eheu!  
Atque modis penetrant sic intestina scelestis,  
Ut dubio varius Patiens mœrore feratur.  
Hæc jam quæ fieri poterunt ratione probabit  
Auctor, sic doctis conatur scribere chartis.

*Amoris & observantie  
ergo posuit*

JOH. LINDELIUS.

A D  
CIVARISSE ET DOCCTISS DU  
JACOBUS TRIDER.  
BELOW.

Quem duxit Deus illuc

T felix genetrix potest Amoris amans collat  
Ut ait officia deus mea dilecta ministrat  
recte

Sic usq[ue] tenui non modo macquis huius  
Cobortis, inueni subiecto novum, epon!  
Atque uoxes benedictae sic intelliguntur  
Ut quodam auctore Tauris mortales feruntur  
Hec sum dux filii potuisse ratione h[ab]eppe  
Angor, ut dogmatis conuincit cuncte ch[ri]stiane

Tunc q[ue]stio annua  
Gloria regis

JONATHAN ELIUS.